



CONGREGATIO PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

Prot. 189/2019

DECRETUM

Viso recurso per Patronum R. D. Alexandrum M. Laschuk ab Ill.mis D. Thoma Metzger, Alison Metzger, Daniele P. Loyo, Nicolao G. Loyo, Margarita J. Can Hail, Stephano J. Loyo, Iona A. Loyo, Stephano M. Silhiw, Dona M. Wengatz, Richardo A. Wengatz, Aloisia Olexa, Byron Olexa, Damiano Webh, Elisabetha Anna Sijhka, Stephano Sichku, Alano P. Jacobenta, Aloisia Jacobenta, Gregorio Shirilla, Iunia Shirilla, Roberto Shirilla, Iuliano Shirilla, Iosepho Shirilla, Antonio Shirilla, Iulia Sfladany, Elisabetha Schultz, Susanna Anna Rudolph, Susie Gaksberg, die 9 Aprilis 2021 porrecto contra decretum Exc.mi D. Milan Lach, Episcopi Parmensis Ruthenorum Prot. N. 22/2021 L die 5 Martii 2021 ab ipso latum, ut sub paroecia Matris Dei Dormitioni in oppido v.d. *Cleveland* dicata paroeciae reducantur Sancto Spirito Sanctoque Ioanni dicatae in civitate Parmensi et eodem tempore titulum ecclesiae cathedralis, quo ecclesia Sancti Ioanni dicata decoratur, ad ecclesiam Matris Dei Dormitioni dicatam transferatur;

Visa recurrentis petitione, ut efficacia decreti suspendatur usque ad hierarchici recursi definitionem;

Attento quod ex executione decreti irreparabile damnum oriri potest;

Attento quoque quod praefati recursi materia, cum valde complexa sit, maiore diligentia pertractanda est;

Viso art. 136 §2 RGCR;

Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus, omnibus rite bene perpensis,

CENSUIT


- I. efficaciam decreti Prot. N. 22/2021 L ab Exc.mo D. Milan Lach, Episcopo Eparchiae Parmensis Ruthenorum, die 5 Martii 2021 lati suspendendam esse ut de facto suspensam usque ad presenti recursi hierarchici definitionem coram hoc Dicasterio;
- II. terminum ad decidendum prorogandum esse ut de facto prorogatum usque ad diem 15 Septembris 2021;
- III. omnia acta, quae momentum habent in decernendo recursum a praefato Exc.mo D. Milan Lach latum, quam cito sub indice conlata coram hoc Dicasterio exhibenda esse.

./.

Ille qui putat se praesente decreto gravatum esse recurrere potest ad normam iuris ad
Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal.

Notificetur iis quorum interest, ad omnes iuris effectus

Datum Romae ex Aedibus Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus,
die 10 mensis Iunii A.D. 2021



✠ Leonardus Card. Sandri
Praefectus



✠ Georgius Demetrius Gallaro
Archiepiscopus a secretis